

parata cum illis quæ post hoc vite curriculum eveniunt, iustissimas illius leges violare timeamus, et iracundiam provocare, qui in omnem partem immaniter cruciatos in gehenna perdere potest. Tu rotam atque ignem brevi periturum nec tangentem animam exhorreas, non reformides æternam mortem, et Cocytum luctu et lamentis in horribilem modum redundantem?

**Calamitates huius vite scilicet pietati sunt respectu futurarum.**  
Hoc idem pii vates singulari verborum gravitate more suo expresserunt, hominesque monuerunt, evi huius omnes calamitates a Deo illatas pietati esse infortunia, post hanc vitam mera supplicia; in hoc sæculo impiorum hominum penam esse misericordiam, in altero iustitiam: itaque huius temporis acerbitates quamlibet sævæ, et omni genere cruciatuum horribiles, quas Numen ad vindicandum scelus adhibet, in divinis litteris stilbe dicuntur. Habet enim formidandus ille mundi Iudex in manu sua calicem furoris, e quo stillat in hæc vita, guttatimque spargit, in sequente totum effundit: ita Josias II *Paral.* xxxiv, 21: «Magnus, inquit, furor Domini stillavit super nos, eo quod non custodierint patres nostri verba Domini;» et Daniel pari modo cap. ix. 11:

«Stillavit, inquit, super nos maledictio, et delectatio quæ scripta est in libro Moysi. » Acerbissimas illas intelligit exsecrationes et horribiles clades, quas legis promulgator Moyses iis imprecatur, qui divinum jus violaverint: quarum solum auditione cum tinniant aures, et animi intelligentium toti exhorrescant, eas tamen Dei afflatu Daniel stilbas vocat. Quid igitur tum erit futurum, cum potentissimum mundi arbiter non stillabit, sed diluvium iræ suæ in capita scelerata effundet? quam effusionem incredibiliter obstupefactos mirabatur Nahum cap. i, 6: «Indignatio, inquit, ejus effusa est ut ignis;» non ut ille pentapolitanus, quo Sodoma et vicinæ urbes haustæ sunt, verum omni cogitatione acerbior; unde addit: «Et petre dissolutæ sunt ab eo,» ubi dictio hæbreæ **צור** non *petram* quamlibet significat, sed *fortissimam* et *robustissimam caute*, silicem durissimum; quæ tamen iracundiæ divinæ ardore tabescunt et solvuntur, ut intelligamus vindicem Deum incredibili modo sæviturum. His autem an gravius quidquam dici potest? aut si nihil obduratos hæc homines movent, ad iudicia Numinis iramque metuendam quæ deinceps gra-

viora excogitantur? Sapienter divus Hieronymus in *Nah.* cap. i, propheta verba sic expendit: «Si stilla indignationis ejus consumit principatus quid fieret, si tota in nos Dei ira funderetur? Præstet Jesus ut auferatur a nobis cor lapideum. » O votum illius hominis sanctimonium dignum! Quis mihi det ut alta e specula exclamem, sic et omnes mortales exaudiant: Timele Dominum omnes, non sancti modo, sed multo magis scelere cooperiti; a demonio illusi, vecordes, ingrati: exhorrescite divina iudicia, cubensque fulmen, et vibrantem jam manum, in funestum exitium armatam: ne thesauros iracundiæ Dei contemnite, ne commovete stillantem calicem, priusquam perditos oceanus furoris obruat, et exundet ignis: ne augustam Numinis voluntatem inanissimis mundi ludibriis, avaritiæ, libidini posthærete: verum pio timore abjecti et reverentes, Domino gloriæ et majestatis meritum cultum honoremque deferete. Sed quid ago? cur obtrudo verba mea, cum liceat ore sacro divinæ Sapientiæ loqui. *Luc.* xii, 5: «Timele eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam: ita dico vobis, hunc timele. »

16. ERGO JOB FRUSTRA APERIT OS SUUM, ET ABSQUE SCIENTIA VERBA MULTIPLICAT. — Ex jam dictis concludit Eliu et infert verba Jobi fuisse nihil aliud quam vacuos et sine mente sonos, in quibus nihil esset, quod scientiam oleret aut sanam mentem; dicitur autem os suum *aperuisse frustra*, aut quia nihil dixit, quod viri probent prudentes et pii; aut quia, dum petit a tot rerum et corporis incommodis liberari, assequatur nihil: quia lingua petulantem atque impia divinam in se inflammavit iram, neque illam oratione supplicis et morum mutatione placare studet. Imputavit autem Eliu Jobi superbiam, blasphemiam, divinæ providentiæ reprehensionem. Quod si verum foret, profecto verba, quibus ea temeraria asserta prohilisset, et vana, et stulta et impia censeri deberent. At error in Eliu interpretamentis inest, quæ correctione indigent; recta quidem multa enuntiavit Eliu, sed non recte; vera quoque multa, sed falso afflicta Jobo; multa etiam sincera, sed importune protulit, Jobus quippe ex sapientiæ, pietatis, integritatis capilibus neque recte, neque pie, neque iuste accusari, redargui vel sperni potuit: ita Pineda, Sanctius, et alii.

**VERS. 16.**  
Eliu mo-  
le Jobum  
redarguit  
quia in-  
pientia  
et impie-  
tatis.

## CAPUT TRIGESIMUM SEXTUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

**Eliu æquitatem divini iudicii tuetur, qui percussit, ut erudiat; loquitur, ut ad se redeant; redeuntis a flagellis liberat. Hortatur itaque Jobum ut se ex animo convertat ad Deum, utpote quem suis sceleribus, ac nominatim iniustis pro tribunali sententis, provocavit ad tantam iram; respicientem autem cuncta provera pollicetur.**

1. Addens quoque Eliu, hæc locutus est: 2. Sustine me paululum, et indicabo tibi: adhuc enim habeo quod pro Deo loquar. 3. Repetam scientiam meam a principio, et operatorem meum probabo justum. 4. Vere enim absque mendacio sermones mei, et perfecta scientia probabitur tibi. 5. Deus potentes non abjicit, cum et ipse sit potens. 6. Sed non salvat impios, et iudicium pauperibus tribuit. 7. Non auferet a iusto oculos suos, et reges in solio collocat in perpetuum, et illi eriguntur. 8. Et si fuerint in catenis, et vinciantur funibus paupertatis: 9. Indicabit eis opera eorum, et scelera eorum, quia violenti fuerunt. 10. Revelabit quoque aurem eorum, ut corripiat: et loquetur, ut revertantur ab iniquitate. 11. Si audierint et observaverint, complebunt dies suos in bono, et annos suos in gloria: 12. Si autem non audierint, transibunt per gladium, et consumerunt in stultitia. 13. Simulatores et callidi provocant iram Dei, neque clamabunt cum vinciti fuerint. 14. Morietur in tempestate anima eorum, et vita eorum inter effeminatos. 15. Eripiet de ore angusto latissime, et non habente fundamentum subter se: requies autem mensæ tuæ erit plena pinguedine. 17. Causa tua quasi impii iudicata est, causam iudiciumque recipies. 18. Non te ergo superet ira, ut aliquem opprimas: nec multitudo donorum inclinet te. 19. Depono magnitudinem tuam absque tribulatione, et omnes robustos fortitudine. 20. Ne protrahas noctem, ut ascendant populi pro eis. 21. Cave ne declines ad iniquitatem: hanc enim cœpisti sequi post miseriam. 22. Ecce, Deus excelsus in fortitudine sua, et nullus ei similis in legislatoribus. 23. Quis poterit scrutari vias ejus? aut quis potest ei dicere: Operatus es iniquitatem? 24. Memento quod ignores opus ejus, de quo cœnerunt viri. 25. Omnes homines vident eum, unusquisque intuetur procul. 26. Ecce, Deus magnus vincens scientiarum nostram: numerus annorum ejus inestimabilis. 27. Qui aufert stillas pluviae, et effundit imbres ad instar gurgitum. 28. Qui de nubibus fluunt, 30. et fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet. 31. Per hæc enim iudicat populos, et dat escas multis mortalibus. 32. In manibus abscondit lucem, et præcipit ei ut rursus adveniat. 33. Annuntiat de ea amico suo, quod possessio ejus sit, et ad eam possit ascendere.

**VERS. 1, 2, 3 et 4.**  
1-4. ADDENS QUOQUE ELIU HÆC LOCUTUS EST: SUSTINE ME PAULULUM, ET INDICABO TIBI: ADHUC ENIM HABEO QUOD PRO DEO LOQUAR. REPETAM SCIENTIAM MEAM A PRINCIPIO, ET OPERATOREM MEUM PROBABO JUSTUM. VERE ENIM ABSQUE MENDACIO SERMONES MEI, ET PERFECTA SCIENTIA PROBABITUR TIBI. — Captata rhetoricorum more benevolentia atque attentione inchoatam disputationem prosequitur Eliu promittens non longe se progressurum esse dicendo; et

eo præsertim orationem incumbere, ut Dei causam pro virum suarum facilitate tueatur; cuius nomen Jobus audaci, ut ipse putabat, lingua violaverat: Repetam, inquit, quod pridem mecum meditatus sum, quodque esse volui meæ philosophiæ primum maximumque principium: nempe in factore meo nullam inveniri posse in iustitiæ labem. Neque quidquam, o Jobe, affingam veritati, neque tu, ut opinor, scientiam meam

**REMOVET  
ALICUIUS  
DIGN.**

Quale sit et ejus fundamentum improbabis : ita Sanctius. Observat autem hoc loco S. Gregorius lib. XXVI Moral. cap. XVIII, in Eliu arrogantium hominum ingenium, qui in sua sibi sapientia placent; et a grave se damnari perpeti judicant, si scientiam suam loquendi brevitate constringant: tanto enim semelipsos credunt doctiores ostendere, quanto se poterint multiplicitate loquacitatis aperire, » etc.

5 et 6. DEUS POTENTES NON ABICIT, CUM ET IPSE SIT POTENS : SED NON SALVAT IMPIOS, ET JUDICIUM PAUPERIBUS TRIBUT. — Ducit orationis initium a Dei potentia atque justitia, bonumque a malo discernit; et primum hoc statuit, non ideo homines a Deo contemni atque abjici, quod potentes sint: quia aliter Deus eodem seipsum judicio damnaret, cum et ipse sit potens, sed in hominibus potentibus impietatem et violentiam puniri: a cuius indignatione neque alieni sunt pauperes, nisi manus aut animum a scelere contineant. Si enim potentes humiles sint, si spiritu pauperes, si quamvis dignitate ac potestate fulgeant, in sua tamen sint existimatione pusilli, Deus non abominatur eos, non despicit illos, imo diligit, in magno pretio habet, eisque libentissime opem defert; at impius, id est superbus, de sua potestate presumentis non salvatur, sed extremo supplicio plec-tendus reservatur. Merito vero Deus potentes humiles diligit, quoniam eos similes Filio suo, potentie et humilitatis plenissimo, reperit: merito eos diligit, quia rara et vix inventa amabilia sunt; et rarum est, potentem, et in dignitate sublimi positum, humilem invenire. Quam mirabile id sit docet in hunc modum S. Gregorius lib. XXVI Moral. cap. XIX: « Mirum valde est, cum in cordibus sublimium regnat humilitas morum; unde pensandum est, quia potentes quicunque, cum humiliter sapiunt, culmen extraneae et quasi longe posite virtutis attingunt; et recte hac virtute Dominum quoniamque placent, quia illud et sacrificium humiliter offerunt, quod potentes invenire vix possunt, » etc.

Non ideo homines a Deo abjici quia potentes, sed quia mali sunt.

Potentes humiles Deo grati et accipiuntur.

Humili- tas nos circum Deo mag- nis et potentes facit.

Si itaque divites et potentes ob humilitatem grati Deo sunt, certe eorum thesauri ipsorumque potentia non tam in divitiis atque potentia quam in humilitate consistit, quae illis apud summum omnium rerum Conditorum gratia peperit et familiaritatem. Ergo quicumque humiles, licet secundum leges hujus seculi pauperes sint et abjecti, magni revera et potentes existimandi sunt; quorum sola vita et sancta conversatio Deo nobilis et divites et potentes commendat. Et vere ita est: quis enim humiles non magnos et potentes judicet? siquidem mente excelsa et aliis cogitationibus et desideris praediti sumus: equidem iudico magnos non tam metiendos esse divitis aut temporali potestate, quam magnanimitate et studiis praecelsis ac desiderio virtutis; humiles autem in tanta modestia, in tanta rerum temporalium parcitate mirum est quanta magnanimitate

tate polleant, et ad quam ardua et sublimia contendant. Magnum est, quae magnates hujus seculi magna existimant, parva aestimare, et ut villa ac nullius pretii contemnerem; sed haec contemnant humiles, qui honores et dignitates hujus temporis prosus indignas judicant, in quibus amor nostrae mentis collocetur. Magnum est vultum potentium non vereri, minas eorum et indignationem non timere, et quidquid possunt facere pro nihilo ducere: id faciunt humiles, quia cum nihil a potentibus exspectent, et Deum protectorem sentiant, illos qui solum possunt occidere corpus, non timent. Magnum est intimam Dei amicitiam percipere, et ad imitationem angelorum aspirare: id aggreduuntur humiles, qui ob id temporalia aspernantur, ut aeterna et caelestia percipiant; sunt ergo illi magis, qui dum magnitudinem creatam rejiciunt, quodam modo magnitudine increata vestiuntur, et vere divinas proprietates participant. Tales ergo « Deus potentes non abjicit, cum et ipse sit potens. » Quid enim in causa est, cur homo mortalium proximo suo nocere studeat, nisi invidia et emulatio, quae alii in alios laborant; praeterea etiam timor, quia timentes sic secum cogitant: ille poterit mihi nocere, quantum ille promotus fuerit, tantum mihi deest. Quia igitur tanta imbecillitas est in hominibus mortalibus, semper timent non proximi nimis attentantur, et illos qui in auctoritate et dignitate sunt constituti imminutos cupiunt; sed haec in Deo locum non habent, qui nimis magnus est, ut nobis invidet: neque enim ipsi damnari inferre, aut ejus honorem imminuere poterimus, cum valde magni erimus; unde etiam non est quod timeat, ut nos dejectos velit.

SED NON SALVAT IMPIOS. — Septuaginta ex Hebraeo vertunt, *non est qui salvat, impius non vivificabit*, id est, vivere sinet, in vita conservabit, quod noster dixit *salvat*: nam salvat qui a morte vindicat. Quidam haec accommodant illud Sapientis Prov. X, 27: « Anni impiorum brevia sunt: » contra pietas producit vitam; quae, ut Paulus ait, « ad omnia utilis est, promissionem habens vitae, quae nunc est, et futura. » Pios autem hic vocat *pauperes*, quibus Deus « iudicium tribuit, » id est, singulariter prospicit; juxta illud Psalmista Psal. X, 3: « Oculi ejus in pauperem respiciunt; » quae oculorum divinorum in pauperem respectio singularem quendam benignissimi Numinis gratiam egerunt curam et accuratam omnino providentiam declarat, quae ipsum quodammodo in oculis suis ferre videatur. Hinc ubique dicitur et pauper, subito respicit et occurrit clementissimus Deus, illumque amplexu dulcissimo suaviatur, in sinu condit, in visceribus reponit, praesidium illi est, illum tuetur, et ea quidem humanitate, ut iustorum aliorum invidiam quodammodo sollicitare posse videatur. De hoc inexplicabili amore Dei erga pauperes multa in divinis litteris sunt admirabilia, et cum omnes quidem justos com-lecta-

Quae sit causa, quod homines invidiam deprimant et abjiciant.

Deus pauperum singulari curam gerit.

Et eos aliorum iudicio exstituit.

tur, pauperum tamen velut bonus et amabilis tutor proprie esse videtur. Verum illud mirabile quod sequitur: *Et iudicium pauperibus tribuit*, quibus verbis praedict fore, ut in extremo iudicio pauperes jus dicant, et aliorum iudices stantur; quod multis de causis faciendum scribit Gregorius lib. XXVI Moral. cap. XXVII, in primis, quia rerum indigna plurima inferi mala, et omnes fere difficultates, quas homines patiuntur, paupertate oriuntur: nam sicut divitiae omni voluptatum generi fomenta ministrant, non aliter paupertas omnes aerumnas et calamitates secum adfert. Jure igitur caeteris omnibus praefertuntur, qui plus reliquis perpassi sunt; tum etiam pauperes ad tribunal evehi, quia paupertas omnia vitia ex animo pellit, atque adeo pauperes vix habent crimina in illo iudicio eluenda: nam sicut rerum copia temporalium vitis omnibus fomenta suppeditat, ita paupertas omnium virtutum est nutrimentum. Quamobrem pauperes non tam iudicandi quam iudices aderunt in extremo iudicio, quod intelligendum de iis qui propter Christum evangelicam amplexi sunt paupertatem, apostolos emulati, quorum propterea praerogativa jus merito gaudent.

7-9. NON AUERET A JUSTO OCULOS SUOS, ET REGES IN SOLIO COLLOCAT IN PERPETUUM, ET ILLI ERIGUNTUR. ET SI PERIBUNT IN CAENIS, ET VINCIANTUR FERREIS PAUPERIUM: INDICATI EIS OPERA EORUM ET SCHEERA EORUM, QUIA VIOLENTI FUERUNT. — Sententia his verbis comprehensa perspicua est; illud vero est omnium suavissimum: *Non auferet a justo oculos suos*, quoniam Deus voluptatem capiat ex iustorum aspectu; quo spectat etiam illud Davidis Psal. XXXII, 16: « Oculi Domini super justos: » felices plane qui divinitatis inspectionem merentur, quibus protegendis et conservandis tota invigilat Dei providentia: « aspectus enim, inquit Silvanus lib. II De Provid., divinitatis propitiae munus est conservationis humanae. » Oculos ergo Dei ad servandos suos cultores intentos esse dicens, de presenti ejus auxilio certos reddit, modo sub ejus providentia quieti maneant: itaque ne justis impiorum se libidini expositos esse putent, speciali quodam providentiae ratione eos a Deo respici declarat Quamobrem etiam Dominus Davidi intelligentiam et directionem ac favorem suum liberaliter addicens, emphatice: « Firmabo, inquit Psal. XXXI, 8, super te oculos meos, » q. d. Non auferam oculos meos a te, quia tu assidue levas oculos ad me. Haud otiosus est iste Dei respectus, sed sui nobis in-primis imaginem, et in se transformat: omnes enim id a Dei oculis habemus, ut ad Deum tendamus, et eum aspiciamus in omni opere, et in imaginem Dei transformemur, juxta illud Pauli II Corinth. II, 48: « Nos vero omnes, revelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem tantam a Domini Spiritu: » quid est a claritate

Et Dei respectus omnia a se habent veritas.

in claritatem? S. Anselmus exponit, ab una clara visione in aliam: itaque que nos transformant in Dei imaginem, quae nos faciunt ire in similitudinem Dei, visiones ejusdem Dei sunt. Sed unde habentur tam clarae oculos, qui Deum in-ventes, nos Deo similes faciunt? a speculo, respondet S. Chrysostomus: ut enim in speculo accedatis ad ipsum oculi exprimentur: nec aliunde speculum bonos oculos habet, nisi ex eo qui ad illud accedit: sic nos instar speculi Deum referentes, clarissimis Dei oculis insignimur, quibus Deum videntes, crebra visione in imaginem Dei transformamur: ut speculum scilicet nos Dei faciem excitantur non otiosi, sed qui nos Deo oculi excitantur non otiosi, sed qui nos Deo faciunt assimilari. Quo spectat illa Dei ad Davidem promissio Psal. XXXI, 8: « Intellectum tibi dabo, et instruem te in via hac, quae gradieris: firmabo super te oculos meos, » nimirum super nos, ut super speculum, Deus oculos suos firmans intellectum dat, hoc est, mentis oculos dat, qui imaginem Dei referant. Ubi enim prius ipse Dominus oculos suos ad animam vertit, illa instar speculi totam recipit Domini venustatem; itaque de pulchra Dei facie in nobis quam in speculo expressa habemus pulcherrimos illos oculos, quibus in imaginem Dei transformamur.

Porro justos haec divina regalique nota insignitos, tametsi ignotos ac inopes, ad solium regum a Deo vocari tum ex aliis tum ex Davidis liquet historia; regibus tamen regnandi gloria abutentes a Deo exturbari et sacris et profanis notissimum est: sic II Mach. XI, 41, Antiochus judicavit se ob crimina peracerbo caedi, ac infeliciter interire, ut pateat ex vulgatissimo exemplo, Deum reges impios pessumdare, indicareque ipsi scelera eorum, quibus violenter innoxios oppresserunt. Porro *funes paupertatis*, vel, ut ex Hebraeo aliqui vertunt, *funes arunarum*, sunt funes seu vincula afflictionis, quae scilicet afflictionem afferunt, graviter vexant, premunt, adstringunt. Quod si igitur pauperes ipsi egestate premantur, neque ab illa nisi manus quam a ferreis vinculis constringantur; si tamen illi tyrannorum ingenium et mores imitati violenti fuerint, et alii coepit flagitiis, non levius quam tyranni ac reges punientur. Ut enim Deus non abjicit potentes, quia potentes sunt, sed pauperes inflati opibus, et abusi potentia teniores opprimunt, et a Dei observantia impudenter recedunt: sic etiam non favet pauperibus, quia pauperes sunt, sed qui humiles, modesti, addicti Dei voluntati, et qui in eo spem locarunt suam: nam si illi crudeles fuerint, raptores, violenti, non alio illos loco Deus habebit quam potentes, et qui tyrannicos spiritus imbibebunt. Hoc autem modo Joham in paupertate ac dolore, cum clamasset ad Deum, a Deo tamen exaudiri negat, quia regio ad huc alit spiritus, neque adhuc tyrannicum exiit ingenium. Ubi observandum dicendi modus, quo pauperum significatur aut ferus animus, qui

Anima instar speculi imaginem Dei refert.

Deus justos et humiles amat, superbos et impios abominatur.

Deus non favet pauperibus quia superbi, sed quia modesti et humiles sunt.

ma etiam: d aliorum diripienda bona aut etiam cædem anhelat; aut preceps alius et immoderatus affectus, qui tamen non erumpit in opus, quia a paupertatis incommodis impeditur. Sicut multi tandem furorem a vindicta cohibent, manus a rapina, lascivios motus a damnata venerè, quia clausi tenentur in custodia, neque manus a manicis, neque pedes a vinculis expeditos habent: sic quos paupertas impedit, neque quidquam ad vim et cædem facultatis concedit, licet manus habeant inermes, animos tamen habent armatos et spirantes iram, quam explere non possunt. Hos itaque pauperes judicat Deus, et punit severe, non secus ac tyrannos, quia tyrannico sunt animo, etiamsi manus habeant innocentes. Dixit hoc perquam optime Seneca Epist. 42, cuius ista sunt verba: « Muliorum, quia imbecilli sunt, latent vitia, non minus aorsura, cum illis vires sue placuerint, quam illa quæ jam felicitas aperuit: instrumenta illis explicandæ nequitiæ desunt. Sic tuto serpens etiam pestifera tractatur dum riget frigore: non desunt tunc illi venena, sed torpent. Muliorum crudelitas, et ambitio, et luxuria, ne paria pessimis audeat, fortunæ favore deficitur: eadem velle eos cognoscens, da posse quantum volunt. »

Multi in humili fortuna tyranni: nos habent et sperges spiritus.

Ver. 10. 10-12. REVELABIT QUOQUE AUREM EORUM, UT CORRIPIAT: ET LOQUETUR, UT REVERTANTUR AD INIQUITATE. SI AUDIERINT ET OBSERVAVERINT, COMPLEBUNT DIES SUOS IN BONO ET ANNOS SUOS IN GLORIA: SI AUTEM NON AUDIERINT, TRANSIBUNT PER GLADIUM, ET CONSUMENTUR IN STULTITIA.

DEUS INSPIRABILIS ET CASTIGATIONIBUS NOS ADMONET.

10-12. REVELABIT QUOQUE AUREM EORUM, UT CORRIPIAT: ET LOQUETUR, UT REVERTANTUR AD INIQUITATE. SI AUDIERINT ET OBSERVAVERINT, COMPLEBUNT DIES SUOS IN BONO ET ANNOS SUOS IN GLORIA: SI AUTEM NON AUDIERINT, TRANSIBUNT PER GLADIUM, ET CONSUMENTUR IN STULTITIA. — Pingit hic Eliu officium divinæ bonitatis, quæ impios inspirationibus instruit, illuminat, emollit, terret, allicit, ut si recte agant, premium, sin obdurescant, poenam reportent. Damna etiam et incommoda afferendo loquitur Deus, et suam voluntatem declarat, ut cap. XXXIII pluribus exposuit ipse Eliu; iisdemque viis revelat aurem, id est, facit ut eum audiant, et ejus jus sus obsecundant: supplicis enim Deus purgat et recludit aures, ad quas cum vitis tum perversa doctrina obstructus erat aditus veræ disciplinæ. Cujus rei multa in libro Judicum exempla extant, quo sæpe narrantur filii Israel abducti, a Deo miseris et ærumnis fuisse revocati. Quare subdit: Si audierint et observaverint, id est, si penis affecti, gravissimoque malorum metu jactati respuerint, et ad meliorem frugem redierint, audientes et observantes præcepta Dei, præsertim illud, ut poenitent eos scelerum suorum; « complebunt dies suos in bono, » etc., id est miseris levabuntur, et tranquillam vitam agent, ac multis gloriorum ornamentis augebuntur. Si autem non audierint, transibunt per gladium, id est, si homines iniqui supplicis a Deo poenitente mulctati non respuerint, extremam Dei experientur vindictam, hanc enim gladium appellat, quo iniquos homines eterna morte absumet: sic Apoc. 1, 16, Joannes narrat se vidisse filium hominis cum gladio ex utraque parte auro ex ore ejus procedente: falcem etiam sive gladium Zacharias cap. 3, 2, vidit volantem, quem

venturum ait ad domum furis, et ad domum jurantis in nomine Dei mendaciter: quo gladio Deus populi sui scelera se ulterum minatur dicens Isai. 1, 20: « Quod si nolueritis, et me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos. » Recte autem addit: Et consumentur in stultitia: nulla enim major stultitia, quam Deum totius scientiæ et sapientia fontem, atque adeo tanquam patrem animadvertentem non audire, sed ejus consilia et officii præcepta negligere. Quamobrem scelerati homines, licet sapientes nonnullis quidam illorum videantur, stulti non raro in Scripturis appellantur. In Hebræo ad verbum est, *peribunt, eo quod non scientiam, subaudi habeant, sicut dicebat Oseas juxta textum hebraicum cap. IV, 6: Perit populus meus, eo quod non habuerit scientiam: quia tu scientiam repulisti, repellent te;* ut autem intelligatur Græci liberiore paraphrasi nonnunquam usi fuisse, ita hunc versum, licet in eandem sententiam, reddiderunt, *ἀποτί θὲ δὲ δικαιοσύνης, παρὰ τὸ μὴ βούλομαι ἀποτί εἶδεναι τὸν Κύριον, καὶ δεῖν νοθεύσασθαι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἴπιοις vero non facit salvos, eo quod noluerunt scire Dominum, et quia admoniti obedire recusarunt.*

13. SIMULATORES ET CALLIDI PROVOCANT IRAM DEI, NEQUE CLAMABUNT CUM VINCI FUERINT. — Quidam ex Hebræo ita vertunt, *hypocritæ falsi cordis iram coarcebant*, nomen enim *חָפְזִי* *chaneph* Vulgatus fere semper *hypocritas* transferre solet, quamvis hoc loco *simulatores* transferat, quia *hypocritæ* nomen simulatore significat. « Apte autem cum simulatores dixisset, inquit S. Gregorius lib. XXVI *Moral.* cap. XXVIII, addidit et *callidi*: quia callide procedit quicumque simulator est, unum tenens, et alterum ostendens. » Quod et D. Augustinus observavit lib. V *De Civit.* cap. XIX, de his autem non dicit quod mereantur iram Dei, sed quod provocent, ut *ibid.* S. Gregorius observat: quia non tantum iram Dei scilicet ceteri peccatores promerentur, sed eam urgent, et excitant contra seipsos. Septuaginta juxta Hebræum vertunt *ἐξοργίζουσιν ἑαυτοὺς* *ordinabunt furorem*, quod græci patres ita intelligunt; simulatores ipsos contra se ordinare divinum furorem, Dei fulmen in caput suum evocare, dicere quodammodo sibi futurum exitum, eterno furori esse obnoxios, omnem denique Dei furorem contra seipsos dirigere et ordinare, eo modo quo per oppositum sponsa dixit *Cant.* II, 4 sponsum suam in ea ordinasse charitatem, id est totum suum amorem, ita ut illam totius amoris sui fecerit quasi terminum. Pagninus verit, *ponunt furorem super se*, id est, firmiter stantur, et disponunt eo modo quo dux dicitur ponere fortitudinem exercitus super aliquam civitatem; et Deus ad Ezechielem constituit *Ezech.* IV, 2, ut « poneret arietes (id est instrumenta quotiendi) in gyro Jerusalem; » Regia legunt, *ponent nasum*, id est vehementem iram, quam Scriptura per *nasum* solet significare, quo foriter spiramus quando foris ira succens sumus.

Maxima stultitia, non velle audire Deum.

Ver. 14. Simulatores Dei iram provocant.

Ille etiam pertinet ea quæ proprie in Evangelio dicitur hypocritas, quod est genus quoddam simulationis et vitium, quo quis fictis et ascitiis operibus callido artificio usurpatis, ad sanctimoniam in hominum luce oculisque ponendam, famam sibi et nominis existimationem aucupatur: res clara est in divinis evangelistarum commentariis, gravissimis a Christo verbis damnata, ut cui toties ve magnam et formidandum imprecatur. Cumque acerbum, durum, inusitatum et sceleratis hominibus repositum vellet Christus supplicium exponere, dixit *Matth.* XXIV, 51, « ponere partem illius cum hypocritis, » quasi hypocritæ Dei fulmen, quantum quantum est, et gravem manum experturi sint aliquando vindicem illius simulationis. Quod etiam pii prophætæ hand obscure denuntiarunt: David moerens, et eorum hominum exitio conturbatus, suam ad Ilyram id canebat *Isalm.* LI, 6: « Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent, » quos S. Cyrillus interpretatur *ὑποκριτὰς, hypocritas*, bonitatis et virtutum simulatores, ut hominibus placeant. Horum omnium ossa, id est robur vique Deus extenuabit, fictas et fœcatas virtutes in ventum nihilumque disperget, quarum pretium fuit inanis, gloriolæ captatio, vani fumus honoris. Apud Sophoniam cap. 1, 8 quoque istiusmodi minas intental: « Visitabo super omnes qui induti sunt veste peregrina, » ubi *visitare* et sacri sermonis usu est punire, severitatem exprimere; per *vestem* autem peregrinam Rupertus intelligit hypocrisin, quasi filis simulationis opere plumario et levissimo contextam, et velut fatum clavum in humeros impositam ad decorem futilemque pompam. Hoc inane paludamentum mendacis illius visitabit excutietque Deus, exuretque in theatro mundi atque in luce omnium populorum: vulpeculas illas ex involteris simulationum aductas ad sempiternam hominum contumeliam exponet: ita Crescilius *Anthol.* cap. 3, sect. 4. Hi itaque qui sanctitatem simulant, et honestatis fucata specie turpitudinem celant, furorem in se divinum acunt; neque dum diris urgentur incommodis utiliter clamant, quia non bene cum hypocritis convenit supplex oratio; quandoquidem conscientia, quæ diu Deum repulit, ægre possit ingruente procella cœlestis auxilium fidenter implorare: anteaque nimirum turpis vilis memoria animum enervat, quemadmodum justitiæ culte recordatio roborat. Qualis porro plerumque sit simulatorum exitus subjungit:

14. MORIETUR IN TEMPESTATE ANIMA EORUM, ET VITA EORUM INTER EFFEMINATOS. — Hypocritis et simulatores, inter quos Jobum censet, mortem immaturam et infelicem denuntial, qualis solet in tempestate aut subiturna ruina contingere; et vitam ignobilem ac sordidam, qualis esse solet hominum effeminatorum et cynedorum, qui infamia publica notantur. Dicitur autem in *tempestate mori*, cui vis ut alia quavis causa gravis et turbida vitam admittit,

Hypocritæ non possunt fidenter orare Deum.

Ver. 14. Hypocritæ habent mortem infolom et vitam ignobilem.

neque illum pacate nature vis mitior aut necessitas exstringit; quod opponitur morti pacificæ, quæ videlicet homo in Scriptura dicitur in pace mori: sic III *Reg.* II, 9 præcepit David Salomon filio, ne como Joab, quem expertus fuerat infidellem ad sepulcrum deducere pacifice. Quo loco Sanctus noster docet pacifice seu in pace mori illos, qui non vi extrinsecus allata perierunt, sed aut senio confecti, aut morbo consumpti, ita ut non tam homo a ferro aut hominum injuria, aut subita ruina, aut tempestate, quam a natura ipsa mortali videatur extinctus. Hoc nempe significat in *tempestate*, quæ plerumque repente ingruit, et securum hominem ante suum tempus abripit et perimit, ut in naufragio experientur quotidie qui absorbentur a fluctibus, et quæ vibrata et nubibus fulminata fluunt. *Mori itaque in tempestate* idem est, quod immaturam mortem oppetere, id quod Septuaginta expresserunt dum vertunt *ἐν νεκρῷ, in juventute*: quod item alii fere omnes ex Hebræo transferunt, licet non eodem sensu: nam quidam in juvenute ætatem considerant immaturam et infirmam, et hoc communitur; alii stuporem et ignorantiam, ut expressè reddidit Tigrinus, *morietur anima eorum per juvenem stoliditatem*. Ubi forte insinuat mors effeminatorum aut immatura ob veneris intemperantiam; aut stolidia et veluti brutalis sine contritionis sensu ac poenitentia fructu, sine Dei vitæque æternæ recordatione, sine cura propriæ salutis, ac si tempestas, venti, maria, naufragia omne rationis iudicium absorberent. Nihil certe verius, quam quod tempestas quædam sit ipsa juvenus, in qua tam crebra, tam fœda naufragia. Proh quam multis in adolescentia ingruit vitiorum colluvies, quæ submerge percutit in semperiternam animæ infelicitum! « Vitiosos, inquit ad hunc locum D. Hieronymus, et vitia esse noverimus, quæ sicut de virtutibus animi nihil in se habent quietum, virile et frugi, sed totum turbulentum, remissum ac fragile: ita necesse est, ut in tempestate animam semper suis illecebris inquietent, portumque virtutum hominem non sinant apprehendere: et fit istis talibus fluctibus quod Salomon ait, ut jaceat anima tanquam in corde maris, et velut gubernator in magna tempestate. » Sic ille.

15. ERIPLET DE ANGUSTIA SUA PAUPER, ET REVELABIT IN TRIBULATIONE AUREM EJUS. — Longe aliter, inquit, accidit his, qui ut pauperes sunt, sic etiam ad suum statum contentantem vitam agunt piam dum humilem, longe a tyrannorum et hypocritarum ambitione diversam: hos enim benigne alloquetur Deus, et a malis urgentibus eripiet, licet omni penitus auxilio esse orbati videantur, ut in se expertus dicebat David *Psal.* XXXIII, 7: « Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum: et de omnibus tribulationibus ejus salvavit eum. » Quod autem Vulgatus ibi verit *salvavit*, in Hebræo est *עָרַף יְהוָה, id est eruet, liberabit*, quod verbum etiam hoc loco ponitur; sed illud per

Multi adolescentia naufragio percutiunt.

Ver. 15. Deus pauperum liberator.

metathesi litterarum Graeci vel legisse vel intellexisse videntur  $\alpha\lambda\lambda\eta\lambda\eta\tau\eta\varsigma$ , id est *opprimet*, aut *offliget*: nam ita vertunt hunc versum,  $\alpha\lambda\lambda\eta\lambda\eta\tau\eta\varsigma$   $\alpha\lambda\lambda\eta\lambda\eta\tau\eta\varsigma$   $\alpha\lambda\lambda\eta\lambda\eta\tau\eta\varsigma$ , eo quod afflicerent infirmum et imbecillum. Et est apta sententia contextui, ut sit alterius causa redditio, cur tam cito iniqui viri, ut vers. super. dixit, animam agent, similis ejus, quam Sophar posuit dicens cap. XX, 18: «Luet que fecit omnia, etc. Quoniam confringens nudavit pauperes,» etc. Quod autem subdit et *revelabit in tribulatione aurem ejus*, S. Gregorius lib. XXVI *Moral.* cap. XXIII sic exponit: «Aurem in tribulatione revelare, est auditum cordis verberum plagis aperire;» viris igitur bonis calamitates non solum nullo detrimento erunt, sed etiam commodum maximum hoc ex eis reportabunt, quod illis ad pietatem informabuntur; et divinae doctrinae peritiores fient, id enim significat *aurem*

Vir peccatoris est calamitate magna haurit proditiam.

Vers. 16.

16. Igitur salvabit te de ore angusto latissime, et non habente fundamentum subter se: Requies autem mensae tuae erit plena pinguedine. — Oratio parenthetica est, qua Eliu Jobum ad penitentiam hortatur, spondetque fore, ut Deus eripiat eum de ore angusto, hoc est de calamitate, quae similis est putei foveisque os angustum habentibus; quibus si semel homo absorbeat, non superest spes emergendi. Qua metaphora usus est David dicens *Psalm.* LXVIII, 47: «Non absorbeat me profundum; neque urgeat super me puteus os suum;» in eaque re Deus amicus suis quam eximius patronus sit luculenter declarat, cum in summa rerum desperatione summam salutem afferat, quam significat *latissime* dicens, id est latissime salvabit, ex magna rerum angustia in amplissimum vindicantis latitudinem, ut dicebat regius *Vates Psalm.* XVII, 19: «Prævenierunt me in die afflictionis meae; et factus est Dominus protector meus; et eduxit me in latitudinem; salvum me fecit, quoniam voluit me.» Sed quoniam Hebraeorum  $\alpha\lambda\lambda\eta\lambda\eta\tau\eta\varsigma$  non solum *angustum*, ut vertit Vul-

Eliu Jobo, si respiciat prospera denuntiat.

gatus, sed etiam *hostem* et inimicum, qui ardet et affligit, significat, aliter Graeci hunc locum verterunt; tum quia quod *salvabit* Vulgatus vertit, hebraice est verbum  $\alpha\lambda\lambda\eta\lambda\eta\tau\eta\varsigma$  *sut*, quod proprie *removere* significat. In eam ergo partem Graeci verba haec acceperunt, ut illis adhuc iniqui hominis scelera exponantur, propter quae poenam illam mature mortis commeruit, ita verentes,  $\alpha\lambda\lambda\eta\lambda\eta\tau\eta\varsigma$  *sut*, *ut*  $\alpha\lambda\lambda\eta\lambda\eta\tau\eta\varsigma$  *sut*, et *præterea, quoniam decepti te;* putant enim post brevem illam interjectionem de iudicio mansuetorum redire ad causas memorandas, cur hypocrite male pereant, et interpretantur  $\alpha\lambda\lambda\eta\lambda\eta\tau\eta\varsigma$ , id est  $\alpha\lambda\lambda\eta\lambda\eta\tau\eta\varsigma$  *sut*, ad haec. S. Augustinus legit, *et quia decepti te;* est autem hominis iniqui ad omnem malitiam et fraudem versare mentem suam, et dolo malo agere: «Non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est, lingua suis dolose agebant, iudica illos Deus,» ait David *Psalm.* v, 10.

NON HABENTE FUNDAMENTUM SUBTER SE: — hyperbolica abyssi sive profunditatis, cuius fundum invenire non datur, similitudine gravissimam notat ærumnam, e qua vix subit spes evadendi; usus quoque David simillima phrasit ait *Psalm.* LXVIII, 2: «Infixus sum in limo profundi, et non est substantia,» hoc est, nihil firmum substat, quod nitat; quid autem sit infideli in limo profundi, et non invenire *substantiam* seu *fundamentum*, sic exponit Euthymius: «Peccem, inquit, illam Prophetæ significare voluit, quæ sub profundo auge esse solet. Qui igitur in huiusmodi fece infixi sunt, *substantiam*, hoc est stabilitatem nullam inveniunt, ipsa nimirum fece ob cœnosam ac fluxam illam materiam semper magis infra concidente.» Per hunc *limum* sive *facem* fluxæ libidinis voluptates adumbrantur, sicut enim qui limo profundi infinguntur, propter fluxam et cœnosam materiam stabilitatem amittunt, et deficiit quidquid stabile et firmum illos posset sustentare ne perirent: sic qui fluxis et cœnosis carnis voluptatibus se dedunt, qui turpibus et fetulentis libidinis infinguntur, Christi stabile fundamentum a se rejiciunt, et inter instabiles concupiscentias fluitant perituri. Et sane a lascivo homine bonorum omnium stabile fundamentum Christus fugit; solum illi manent aquarum fluctus, hoc est fluxæ voluptates carnis, inter quas naufragio perendendus fluitet. Post malorem autem liberationem Eliu addit Jobo, si respiciat, summam bonorum omnium copiam et stabilem ac plenissimam salutem dicens: *Requies autem mensae tuae erit plena pinguedine*, id est ad mensam bonis omnibus abundantem sedebis. Id quod aliis verbis probis viris pollicetur David *Psalm.* XXXV, 9: «Inebriabuntur ab ubertate domus tuae; et torrente voluptatis tuae polabis eos» (addunt Patres Graeci in *Caten.*) *pinguedine vitæ aeternæ*, quasi illa Jobi mensa, quæ eucharisticam representabat, ipsius eternitatis

Sicut in limo profundi, sic in carnis voluptatibus nulla consistens substantia est.

Eliu Jobo respiciat promittit omnem felicitatem.

riticism et aternas delicias respiciat.

Vers. 17.

Jobi causa ut iniqui iudicentur diligitur.

Sancti qui in iudicantur, postea iudicantur.

Christus in passione quasi iustus iudicatus, postea iustus iudicatur.

Vers. 18.

Jobi mensa eucha-

deliciis et pinguesceret, et suos convivas impinguaret. Pulchre ad hunc locum S. Gregorius lib. XXVI *Moral.* cap. XXIV: «*Requies*, inquit, *mensa* est reflectio satietatis internæ, quæ pinguedine plena dicitur, quia in aeternæ voluptatis delectatione preparatur.» Sequitur:

17. CAUSA TUA QUASI IMPII JUDICATA EST; CAUSAM JUDICUMQUE RECIPIES. — Gravem hæc sententia continet exhortationem comminatione permixtam, cuius sensus est: Deus te ut impium mulelavit, recipies uti egeris; poenam, si male; præmium, si recte. *Causa* enim et *iudicium* pro termino causæ sive discussionis atque iudicii, premio scilicet poenave ponuntur, *g. d.* Hactenus te quasi magnum scelorum reum iudicavit Deus, et vehementer afflixit, quia convictus es impietatis: sed jam resili si sapis, et evita deinceps peccata ob que puniris: nam si in posterum honeste vixeris, non minus tua merita liberali atque paterna manu compensabit: ita Sanctius et Tirtinus: varias alias easque diversissimas hujus loci interpretationes vide apud Pinedam. Tropologie S. Gregorius lib. XXVI *Moral.* cap. XXV, hinc docet sanctos quasi impios ab hoc mundo iudicari, apud Deum vero iustitie suæ coronam accipere: «Bonorum, inquit, causa iustitia est, quorum causa quasi impii iudicatur: quia eorum hic iustitia paterno flagello fatigatur, ut ad ampliorem vigilantiam præceptione non solum mandatorum, sed etiam verberum percussione doceantur; sed causam iudiciumque recipiunt: quia ex ea iustitia, qua modo vivunt, tunc in culmine iudicariæ postestatis entescunt, ut tanto tunc potentius cuncta iudicent, quanto nunc in eis subtilius cuncta iudicantur.» Allegorice hæc Christo conveniunt, cuius causa in passione quasi impii iudicata est, cum iniuste iudicatus fuit ab hominibus, et cum iniquis deputatus est; sed causam iudiciumque recipiunt, quando in extremo iudicio iuste iudicabit omnes: ita S. Augustinus tract. 19 in *Joan.* : «Forma illa erit Iudex, quæ stetit sub iudice; illa iudicabit, quæ iudicata est,» etc.; et *serm.* 111. *De Verb. Dom.* : «Sedebit Iudex qui stetit sub iudice; damnabit vero reos, qui falso factus est reus,» etc. Item in *Psalm.* XXXVII: «Oportebat ut Christus taceret in passione, non taciturus in iudicio: iudicandus enim venerat, qui postea iudicaturus veniret; et ideo cum magna potestate iudicaturus, quia cum magna humilitate iudicatus,» etc.: sequum enim erat ut cuius apparuit summa humilitas, appareret summa gloria: idem in *Psalm.* LXXXV: «Videbitur terribilis, qui visus est contemptibilis: demonstrabit potentiam, qui demonstravit patientiam. In cruce patientia erat; in iudicio erit potentia,» etc.

18. NON TE ERGO SUPERET IRA, UT ALIQUEN OPPRESSAS: NEE MULTITUDO DONORUM INCLINET TE, — *g. d.* Si quando vero divina te benevolentia ad prorem fortunam et iudicalem potestatem reducat, ne rursus ab illo deturberis, eo tibi diligenter

enitendum est, ne ira præceps aut conturbato animo ad iudicandum accedas, nec te donorum multitudo a recta iudicandi via aliorum agat: quæ duo sunt monita omni iudici cumprimis observanda necessaria. *Primum* autem documentum est, ne quis ira præceps aut conturbato animo ad iudicandum accedat: neque enim qui sui impositus est de aliorum causa recte iudicabit, neque is æquum se præbebit, quem amantem cæca illa animi violentia præcipitat; prope autem est ut innocentes opprimat, si in illos tunc temporis occurrit, quando furore cæcus, æquum ab iniquo discernere non potest. Hoc documentum omni tempore maxime necessarium est illi qui multitudini preest, ne qua in illo immoderatio affectio dominetur; et sed præcipue dum alienas iudicet causas, et suum cuique que servare sanctæ atque legitime debet. Ante omnia autem faciendum est, ne in turbulento illo animi statu poenas iratus ab illis petat, in quos habet imperium et auctoritatem; ne administrante fastidio animi et ardore limitem justitiae aequi prætergrediat; sicut pulatim exhalare incendium, impetuque illum nimirum frangi ac debilitari, quod readeat in se animus, et a gravi iactatione in humanitatis veluti portum succedat. Sic fecisse magnos videmus viros antiquæ memoriæ facta celebratos, qui trahi servos suos aut aliis placendos verberandosque demandarunt, aut nullam poenam intulerunt. Quo nomine Cicero IV *Tuscul.* et Valerius Maximus lib. IV, cap. 1, miris laudibus extollunt celebre illud dictum Archytæ, cum merito excaudisset in servum: «Sumpsistis a te supplicium, nisi tibi iratus essem.» *Alterum* documentum non minus iudici necessarium est, ne se muneribus corrumpi patiat. Quomobrem hoc ipsum prohibens subdit: *Nee multitudo donorum inclinet te*, hoc est, quantiscumque muneribus obruaris, tamen ut palma contra pondus renitere, et nunquam ab æquitate tui muneris te inflecti patiaris. Nee immerito iram cum hac munerum appetentia conjungit: quia ut illa hominem excecere solet, excecaturumque in vindictam præcipitare; ita et hæc tanta mentem caliginem obscurat, ut in prava iudicia perdat; hinc illud Syracidis *Ecl.* VII, 3: «Multos pellit aurum et argentum, et usque ad eorum extendit et convertit.» Ubi tanta auri et argenti vis significatur, ut non solum pauperum animos pertinet et expugnet, sed etiam principum eorum, qui minus auro indigent, invadit, et, interprete Lyramo, a veritate in falsitatem eorum iudicium convertat.

Nihil sane est in republica perniciosius quam iudices *δωροφάτοι*, ut Hesiodus appellat, hoc est, *munerum voratores*: patet in primis in filiis Samuëlis, qui iudicium propter munera perverte ntes, et se et rempublicam perdidissent, de quibus D. Petrus Damianus lib. II *Epist.* 2: «Fili, inquit, Samuëlis nullum aliud crimen habuisse legitur, nisi quia munera dilexerunt: et quia pa-

Nihil perniciosius quam quod dicitur munerum voratores.

ternae munditiae non sequebantur exemplum, irrecuperabiliter amiserunt plebis Israeliticae principatum. Et notandum, quia cum de illis Scriptura dicit: *Declinaverunt post avaritiam, acceperunt munera*; prolium intulit: *Perverterunt iudicium*. Vicium quippe est atque contiguum, ut post minus acceptionum pervertatur etiam corruptio censore

Munera oculis et os dicit dant.

Sapientia et iustitia mireribus corrumpunt.

Munera sunt in ditione firmitas, quae eos cogunt obmutescere.

Munera iudicium inclinant.

vantur, sed diriguntur, aequa etiam libripende, ut pro aequitate, non pro iniquitate appenso munere deprimat elevetve iudicis mentem, neque respiciat data, sed probata; non iniquitatem, sed aequitatem; non aliorum munera, sed proprium iustitiae munus et officium.

19. DEFENSE MAGNITUDINEM TUAM ABSQUE TRIBULATIONE, ET OMNES ROBUSTOS FORTITUDINE. — Monet Jobum, ut si quando pristinae dignitati restituitur, omnem superbiam a se rejiciat, et elati animi fastum sua sponte deponat; antequam novis a Deo afflictionibus vel invitus humilietur, et in ordinem redigatur: altus enim ille et magnis assuetus animus, qui potentiae alis supra verticem alicuius attollitur. Ita plerumque indignans ardorem concepit, et prono cursu humanae imbecillitatis ille saepe in furias, penas petit non ratione defensas, sed impetu animi violenti et crudelitatis. Hos igitur motus coercere Jobum jubet, atque in alta potestate constitutum omni animi mansuetudine et humanitate ad inferiores sese accommodare, eosdemque complecti, quos dignitate et insignibus anteiret. Personarum autem cum sit magna dissimilisque varietas, sicut erga morigeros comen-

Ver. 19. Iudicij humilitas et fortitudo commensurata est.

derentur, et in supplices faciem ac indulgentem: sic erga robustos sive iniquos aliorum oppressores fertur ser rigidum vult esse atque severum. Unde prudentissimus Jesus Sirach, de officio iudicis agens, primas partes tribuit fortitudinis dicens *Ecdi. vii. 6*: « Noli querere fieri iudex nisi valeas virtute irrumperet iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis. » Ad quem plane modum S. Isidorus Pelusiota lib. III *Epist. 173*, optimi iudicis effigiem delineans: « Iudicem, inquit, oportet et sagacem et integrum esse, pudoreque ac blanditiis et metu superiorem: nam cuius horum affectuum succumbat, totam iudicii religionem obteret. » Quamobrem alta mente David iudices istiusmodi affectibus obnoxios graviter increpans, ex persona Dei iudicium supremi iudicis sic alloquitur *Psal. LXXXI. 2*: « Usquequo iudicatis iniquitatem: et facies peccatorum sumitis? » id est quousque iniqua factis iudicia? quousque opulentorum rationem et delectum habetis, iisque indulgetis et favetis? quousque in gratiam potentiorum tenuiores condemnatis, non ad causam et ius, sed ad personas attendentes? reprehendit quippe in iudicibus *προσωπικῶν, personarum acceptionem*, et *δωδεκάλογον*, id est *munerum acceptionem*: quae maxime sunt iudiciorum corruptela. Pulchre autem Heraclotus in commentario ad istum *Psalmi* locum observat, *facies peccatorum dici pro ditionum*: « Divitarum enim amatorum appellavit peccatores, quia omnis qui divitias amat non veretur peccatum, » sic ille sapienter; unde tanquam ex re communiter accedente credo natum dixerim: « Omnis dives aut iniquus, aut iniqui heres; » et in Evangelio divitiarum *mamma* iniquitatis nuncupatur. Porro ad diligentiam Jobum excitans subdit:

Ver. 20. Vigilantia principis et iudicij maxime necessaria.

Delphinus symbolum vigilantiae et celeritatis subditorum.

Personarum acceptionem maxime in iudice vitiosum.

20. NE PROTRAHAS NOCTEM, UT ASCENDANT POPULI PRO EIS. — Commendat Jobo vigilantiam, vetans ne dormiendo vel comessando noctem protrahat, sed sibi metipso subtilisque invigilet, ne ob ejus in iudicando osecitantiam segnitique populus facta seditione in ipsum irruat, et ascendat sive insurgat pro eis, scilicet robustis (quorum versus precedentiem fecerat) populi oppressoribus, quos non satis fortiter coercuisset ac turbuisset. Cum enim istiusmodi seditiones ac tumultus populares non sine maximis civitatum ac provinciarum periculis accidant, summopere providendum est principibus eorumque praefectis ac iudicibus, ne per suam osecitantiam ac negligentiam huiusmodi malo prebeant occasionem: quamobrem eos non deest integrum dormire noctem, uti ex Homero Dio Chrysostomus orat. *1 De Regu.* sic monet: « Ne somnum quidem per totam noctem capere se debere putet, ut cui nullum sit otium ad cordiam; » imo vero ne vix quidem somnum videre, uti de bono consule aiebat Cicero lib. VII *Epist. 30*: « Vigilantia mirifica fuit, qui suo toto consulatu somnum non vidit. » Ut vel hinc videant, quam stricta lege teneantur omnes dii partes publicis curis impendere, ne bonas horas male sive inutiliter collocent: nam in primis scire debent id quod Marcellinus Ammianus lib. XXIX, graviter pronuntiavit: « Imperium curam esse salutis alicuius: » quare principes ac iudices perspectum habere debent, se sibi minime natos esse, sed sui populi commodo et utilitati. Hic certe communis omnium sensus fuit jam inde ab eo tempore, quo philosophi homines atque in rerum cognitionem incursum coeperunt; qui communibus tacitisque suffragiis, velut in comitiis universitatis, regium principatum inter marinas belluas Delphinum tribuerunt: non quod ille mirabilis in natando celeritate feratur, sed quod in eo insignis quaedam vigilantia notetur atque celebratur. Delphinum enim rerum naturalium interpretes aiunt, cum in summa se aqua composuerit ad necessarium somnum capiendum, pondere corporis ferri ad inum solum, cuius contactu excitatus iterum ad summum se attollat, tum iterum subsidat reciproco et perenni motu; adeo ut in modico illo somno et torpore interrupto plus vigilare quam dormire videatur. Hoc igitur velut commune humani generis edictum est, vigilantiam aut facere reges, aut regum esse maxime propriam, qui res multas atque magnas administrant.

Huc spectat perelegans Alciati emblemata, quo pingit Delphinum anchorae implexum cum hac inscriptione: « Princeps subditorum incolunitatem procurans: » quemadmodum enim Delphinus, teste Plinio lib. XVIII, futuram tempestatem presagens, et *quid agerit, ut hominum amator*, si navei ventis agitata offenderit, tutius ut figurat, anchoram quasi humano quodam instinctu dirigit: sic principes quibus suorum maxime stu-

diosus esse debet, potissimum vero saeviente tempestate et impetu belli, vel etiam infortunio quodam alio impendente, ne reipublicae status perturbari aut etiam detrimentum capere ullo modo possit. Hinc qui amplitudine illa dignitatis ornatur moliri semper aliquid debent et excitare, quod ad magnum eorum curam pertinet, et in commune bonum redundet. Qualem fuisse lego Magnum Constantinum, de quo Libanius in basilica sua oratione sic ait: « Attentam operibus exorto neque nocte adventante posses quis dicere illum cessavisse aut ab utroque aut omnino ab altero. » Cambyses quoque, Xenophonte lib. I *Cyrop.* teste, cum praecipis plenis prudentiae instrueret Cyrum ad bellum cum exercitu abeuntem, inter alia sic monuit: *Μεθίστην ἀποστήσειν ἡδ, nunquam esse cura seu sollicitudine: consilium sane delphico propylo dignum, nam rectores populorum atque domini se instar habent capitis in humano corpore, in quo totus vigilantiae apparatus est, et nervorum fons, principium motionis, unde functiones viva ac mirandae: illorum ergo proprium est agere, illuminare, speculari, sua cuique munera tribuere, vim et motum imperitari, omnia, ut uno verbo dicam, providere.*

Constantini Magni diligentia.

21. CAVE NE DECLINES AD INIQUITATEM. — HANC ENIM VERBIS, COEPISTI SEQUI POST MISERIAM. — Blasphemiam Jobo prohibet, quam hoc loco *iniquitatem* vocat *ἀνομιαν*, utpote crimen gravissimum et odiosissimum Deo, ut S. Patres animadverunt, et punitionia iura declarant: quamvis enim Deus in ceteris deliciis convivere diu soleat, nescio quomodo tamen ejus furori stimulus addere videtur blasphemiam: nec mirum: « nihil enim horribilius blasphemiam, inquit S. Hieronymus in *Isai* cap. XVIII, quae ponit in excelsum os suum: omne quippe peccatum comparatum blasphemiam levius est. » Hoc autem crimen infandum ait Jobum coepisse sequi post miseriam: notat enim, ut apparet, Eliu, nunquam ante miseriam locutum esse Jobum verba blasphemiae; fecisse tamen plurima avare et crudeliter et omnino tyrannice cogitabat, licet sua ipsum cogitatio falleret; sed linguam antea exersuisse blasphemiam non putabat, quod nuper significavit cum dixit cap. XXIV, 37: « Quia addidit super peccata sua blasphemiam, » scilicet ad antiqua peccata novam blasphemiam. Unde patet verba illa, *hanc enim coepisti sequi post miseriam*, non ita accipienda, quasi Jobus iuste prius egisse, ad miseria instigante peccasse existimaretur; sed quasi praeteritis sceleribus novum illud horrendumque blasphemiae peccatum apponeret a multis capitibus conflatum, puta ex assertione propriae iustitiae et reprehensione divinae providentiae: ita Sanctus noster et Joannes a Jesu Maria, et ante illos S. Gregorius lib. XXVI *Moral. cap. XXIX*: « Iniquitalem, inquit, post miseriam sequitur, qui post mala, quae pro correctione susinet, ferventi corde impatienter se facibus inflammat, quod B. Jo-